

Demonstratio ne Civitates Tri-
bunalitia Petricoviensia suscipere
possint Iudicia

Serenissime Potentissimeque Rex, ac Domine Domi-
ne Clementissime.

Quod Sacra Regia Majestas Vestra, Dominus No-
ster Clementissimus, in proximo Conventa Mani-
burgensi, Clementiam suam Regiam cunctis Prus-
siae Ordinibus, ad tollenda eorundem gravamina
per Dominum Oratorem prolixè benignissimeque
detulerit, non sine magna animorum nostrorum
recreatione Majores nostri acceptaverunt, ac pro ea
vere regia, erga Subditos suos, significatione
humillimas eidem Gracias, habent optantes.
ut eternus Deus hanc Paternam in Subjectis
voluntatem omni prosperitate Regia largissi-
me retribuatur, Cum autem Nos Internuntij
certo intellessemus, Ordinem Equestrem Prus-
siae, quaedam gravamina, posthabito non so-
lum Civitatum Majorum quam Minorum ve-
rum etiam reliquorum Statuum superiorum:
Consensu Dominicos Nuntios Terrestribus Re-
gni exhibuisse, ut eorum adjuti intercessione
quod petant à Majestate Vestra Regia sui-

luis.

145

facilius consequantur. summopere nobis pro-
Officio nostro necessarium intelligimus, operam
dare ut ei rei mature occurratur. Et quoniam in-
ter alia Summo conata novam Iudiciorum formam
et instantiarum mutationem urgeant, eaque res-
talis sit, ut non solum Constitutionibus Terrarum
Prussie, et Publico Instantiarum Privilegio, adeoque
universo, Provinciali Juri adversetur, sed etiam publi-
co statui, haud levi mutationem collatura vi-
deatur, Idcirco humillimis Animis submisit signifi-
candum esse duximus, Nos in ea Nobilitatis postu-
lata non confessisse, et eadem petendi, nec mandan-
tum, nec voluntatem habere, quin potius id Maje-
statem Vestram humillimis animis rogamus, ut
nos penes vetera Privilegia Terrarumq; Constitutio-
nes, et receptam Iudiciorum formam clementissime con-
servare dignetur. Et si quid forte sit de quo Or-
dini Equitum de reliquis Partibus, non ex parte con-
veniat, id de communi Omnium Ordinum con-
sensu deliberandum et transigendum in Terras
Prussie remittere velit, quod Nos debite fide-
litatis obsequiis quavis occasione demereri
humillime studebimus. Sacre Reipublice Majesta-
tis Vestre, humillimi subditi, Internuntij Majorum
et Minorum Civitatum.